



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Orationis impedimenta sunt septem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

A  
I  
ones no-  
Angelus  
abas cum  
tuos per  
nem tuum  
ardus.  
ristare on  
es & uo  
discepu  
perspe  
x oratio  
ria requ  
ia.  
cio san  
x corpo  
Fili in ou  
ssum, sel  
Habetur  
Iac. uli-  
ffirmum  
stes mea  
frequens  
nem er-  
demones  
oniorum  
& sem-  
ii & or-  
lydorus

INSTITVTO. 162

Dēmones oratione uincuntur. Ter-  
tium est, quia confortat. Luc. Posi- **Luc. 22,**  
tis genibus orabat dicens, pater, &c.  
subditur. Apparuit autem illi angelus  
confortans eum, &c.

Orationis impedimenta sunt  
septem.

**P**rimum est peccatum orantis.  
Isa. Cum multiplicaueritis ora-  
tiones uestras, non exaudiam.  
manus enim uestræ sanguine plenæ  
sunt. Psal. Iniquitatem si aspexi in cor  
de meo, nō exaudiet & dominus. Gre-  
gorius. Qui à preceptis dei uertitur  
quod in oratione postulat non mere-  
tur. Secundum est, orantis dubietas.  
Iacobi. 1. postulet in fide nihil haſi-  
tans, &c. Bernardus. Indignus bene  
dictione cælesti esse conuincitur,  
qui deū dubio querit affectu. Et Isy-  
dorus. Inaniter oramus, si spei fidu-  
ciam non habemus. Tertium est ter-  
renarum occupatio. Vnde Gregorius.  
Fit autem sēpe ut qui terrena substan-  
tia occupatur, orationi non quantum  
deberet inuigilet. Et Isydom. Lōge  
enim a deo est animus qui in oratio-  
ne cogitationibus seculi fuerit im-  
plicatus. Quartum est indignitas

**Isa. I.**

**Psal.**  
**Gregor.**

**Iac. I.**  
**Bernar.**

**Isydo.**

**Grego.**

**Isydo.**

O 6

CHRISTIANA

Hiero, 7 eius pro quo oratur. Hiero. Tu ergo  
& II. noli orare pro populo hoc, nec allu-  
mas pro eis laudem & orationem, &  
non obsistas mihi, quia non exaudi-  
te. Idem. Si steterit Moyses & Samuel  
coram me non est anima mea ad po-  
pulum istum. Quintum est durities,  
quæ duplex est, prima est in pauperes.  
Prou. Qui obturat aurem suam ad di-  
morem pauperum, & ipse clamabit  
& non exaudietur. Secunda ad eos  
qui offendunt. Cum aliquis non uult  
dimittere ei. Ecclesiasticus. Homo  
homini seruat iram, & à deo querit  
medelam. In homine similem sibi non  
habet misericordiam, & de peccatis  
suis deprecabitur. Ipse dum caro fit  
reseruat iram, et propitiatione petit  
à deo. Quis orabit pro delictis illius?  
Idem ait. Relinque proximo tuo no-  
centi tibi, & tunc depræcanti tibi  
peccata soluentur. Isidorus. Qua-  
lem uis erga te ipsum esse deum cum  
delictorum ueniam poscis, talem te  
exhibere debes his qui deliquerunt  
in te. Sextum est paruitas desiderij.  
Vnde P. Augustinus. Seruat tibi Deus  
quod non uult cito dare, ut tu discas  
magna magnè desiderare: dilatio des-  
iderij rem desideratam commendat.  
Idem P. Augustinus, Si aliquando  
Dominus tardius dat, commenda dat.

Tu ergo  
nec allu-  
nem, &  
exaudia  
Samuel  
a ad po-  
duries.  
aupera,  
um ad di-  
clamabit  
la ad eos  
non uult  
. Homo  
o querit  
fibinon  
peccatis  
caro fit  
oné penit  
is illius  
tuo no-  
anti tibi  
s. Qu-  
um cum  
calem te  
querunt  
esiderij.  
ibi Deus  
tu discas  
atio defi-  
endat.  
iquando  
nēdar de-

ri, non negat. Diu desiderata dulcius  
obtinentur; cito autem data uilesctū.  
septimum est, defectus perseuerantiae  
in orando. Luc. 11. Et ille si perseue- Luc. II.  
raverit pulsans, dico uobis, & si non  
dabit illi surgens eō quod amicus  
eius sit propter improbitatem tamen Luc. III.  
eius, surget & dabit illi quotquot  
habebit necessaria. Et P. Augustinus.  
Sinon est amota oratio securus est de  
misericordia dei.

*Orandum est quadrupliciter.*

Primo attentè. Petrus Aposto- Pet. ult.  
lus hoc docet. Vigilate in ora-  
tionibus. Super qbus uerbis di-  
cit Glossa. Ne animus cogitet pter id Glossa  
solum quod præcatur. Potius oran-  
dum est corde, quam ore tantum.  
Exemplum est de Anna, quæ corde  
suo loquebatur, & uox illius penitus I. Re. 5.  
non audiebatur. Isydomus ad hanc  
sententiam benedicit. Oratio cordis  
est, non labiorum, neque uerba de-  
præcantis deus intendit, sed orantis  
cor aspicit. Vnde Saluator orare nos  
instruens dicebat. Orantes autemno Matt. 6.  
lite multum loqui, &c. Propterea di-  
cebat P. Augustinus. Quando oras Augus.  
dominum, pietate opus est, non uer-